

IOACHIMVS

CAMERARIVS PA-

BENBERGENSIS, MAGNI-

fico D. Iohanni Vlricho

Zafio, &c. S. D.



HA V D minimè hanc ob
causam mihi gratulor ac-
cessum ad Danubium, q̄
tuam præstantiam, Magni-
fice Zafi, non modo ibi
cõuenire licuerit, sed quòd eximia Vir-
tus tua me familiariter etiam fuerit cum
summa humanitate complexa. Nun-
ciarunt deinde & amici sermones de
me tuos, eiusmodi illos quidem, vt mi-
hi de tua beneuolentia & fauore iam
omnia ceperim policeri. Quæ cum
maxima bona contigisse existimem, o-
peram dandam esse duxi, vt illa tueri
possem, ne vel inertì vel non merito
oblata esse iudicarentur. Quid vero
Tragœdia ait? Perdere est dignus bo-
na, Qui nescit vtì. Vfus autem is nimis
rum fuerit, qui me quidem deceat, vt

C

memo-